Romę in Palatio Vaticano lunę XX. Aprilis MDCLXXXij
fuit Consistorium Secretum, In quo SS.mus D.nus N.r

Referente R.mo D.no Carolo Card. Pio Absoluit R. p. d. Franciscum de Aguiar à vinculo quo tenebatur Ecclesię Mechoacan, et ad presentationem Regis Catholici transtulit ad Ecclesiam Mexicanam vacan per liberam cessionem R. p. d. Paij de Ribera vltimi illius Archiepiscopi in manibus Sanctitatis Suę sponte factam, et per eandem S.tem suam admissam, ipsumq. Franciscum dictę Ecclesię Mexican in Archiep.um prefecit, et Pastorem curam & committendo; Cum decreto quòd antequam possessionem dictę Ecclesię Mexican adipiscatur Fidei professionem emittere, ac Juramentum Fidelitatis in manibus Vnius Dignitatis prestare, et ad Vrbem intrà prefixum tempus transmittere teneatur, quodq. Domus Archiepalis reparationi pro Viribus incumbat, ac Montem Pietatis erigi curet, eius conscientiam desuper onerando Absoluens & cum clausulis

Pns Copia extracta fuit ex suo proprio Originali cumquo collationata concordat salva &
Ciampinus Officialis

Fidem facio per p.ntes Ego infrascriptus Cancellarię Ap.licę Not.rius desp.s qualiter supradictus Ill.mus et R.mus D. Justinus Ciampinus Decretorum Consistorialium SS.mi D.ni N.ri Papę officialis, qui supradictum Decretum propria manu subscripsit suoq. sigillo muniuit, est talis qualis se facit scripturisq. ab eo in eius munere gestis fidem indubiam in Judicio et extra illud adhiberi. Actum Romę in Canc.ria Ap.lica hac die 25. Martij 1684.

Ita est Innocentius de Laurentijs
Canc.rię Ap.licę Not.s desp.s

Decreto Apostolico

A fabor del V.e Illmo. Señor D.r D. Fran.co de Aguiar y Seijas — en que se desato el Vinculo del Matrimonio Espiritual dela Iglesia de Mechoacan y se le concedio el de Mexico — En la luna XX de Abril 1682

Decreto Apco —